

der Todtenfeier am 30. Tage gewöhnlichen Weise (ad instar consuetudinis ecclesiae in tricesimis peractis observatae) stattfinden und hiernach Jedem der bei den Vigilien und Todtenmessen anwesenden Domherren 2 Groschen und 5 Heller, den gegenwärtigen Vicaren und Capellanen der Domherren je 14 Heller gewährt werden sollen, Jeder aber, der die Vigilien und die Todtenmesse liest, überdies 1 Gr. erhalten soll. Der Bischof bestätigt diese Bestimmung und verfügt, dass alle sonstigen jüngst getroffenen Anordnungen (No. 938) in Kraft bleiben und dem Decan die Rüge und Bestrafung jeder Vernachlässigung oder Ueberschreitung derselben zustehe. Scriptum a. d. 1431 feria quinta post diem s. Katherinae etc.

Orig. im Stiftsarchiv zu Meissen mit dem Siegel des Bischofs.

No. 942. 1431. 3. Dec.

Notariats-Instrument, worin auf Anordnung des B. Johann die ohne dessen Vorwissen von dem Official auf der letzten Diöcesansynode gegen Säumige in Zahlung des dem B. je nach zwei Jahren zu gewährenden Subsidiums ausgesprochene Androhung der Suspension für ungiltig erklärt wird.

In nom. dom. amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo quadringentesimo tricesimo primo indictione nona die tertia mensis Decembris hora vespertarum vel quasi — in aestuario seu stubella parva superioris castri Stolpin prope salam communem sita in mei notarii publici testiumque infra scriptorum — praesentia constitutus reverendus — dominus Johannes episcopus Misnensis ibidem proprio motu dixit fatebatur et dilucida voce protestatus fuit et profitebatur, quia nuper intellexisset, qualiter honorabilis vir dominus Nicolaus Ylaw curiae suae officialis in proxima synodo hoc anno currenti in ecclesia Misnensi die sancti Lucae evangelistae celebrata certos processus postulationis subsidii alternis annis exigi consueti sub eiusdem reverendi patris nomine et titulo promulgasset, in quibus processibus ut asseritur poenam suspensionis ab ingressu ecclesiae in non solventes medietatem dicti subsidii super festo Martini et sex diebus post hoc sequentibus, similiter et aliam medietatem super festo epiphaniarum domini sub eisdem nomine et titulo dicti reverendi patris fulminasset, quod talis suspensionis aut cuiuscunque alterius censurae ecclesiasticae prolatio nec de sua scientia nec commissione processisset, nec eam fieri voluisset neque voluit, pro eo quia pluribus retroactis temporibus tale subsidium sub aliqua poena expressa in primo processu nulla mora culpa vel negligentia cleri praecedente postulari aut exigi consuevit neque debuit, nisi in vim terroris aliqua poena fuisset in processibus per ipsum aut aliquem praedecessorum suorum comminata, et quia si in dictis processibus suis, quod non crederet, aut vivae vocis oraculo per proferentem aliqua vel talibus similia verba suspensionis vel censurae in clerum prolata fuissent, illa praeter eius auctoritatem et commissionem tamquam non scientis nec volentis nec ratificantis pronunciata declaravit eadem nulliter et de facto et sine omni vigoris effectum emanasse nec quemcunque de clero sibi subiecto aliquam suspensionem vel censuram aut notam vel maculam aliam horum praetextu vel tali occasione incurrisse, et ad satisfaciendum conscientis quorumcunque, si quae sententiae ab aliquibus praesumte prolatae fuissent, illos nihilominus ad cautelam absolvit et relaxavit, requirens me notarium infra scriptum, quatenus praemissa in notam reciperem et desuper